

## Band V., Nr. N12, Seite 381-382

*Abt Ortlieb von Neresheim beurkundet mit verschiedenen Geistlichen und Klostersangehörigen, dass Ehrenfried, ein Dienstmann des Grafen Albert von Dillingen, sich, nachdem er zuvor schon Güter, insbesondere in Mittelheim, an das Kloster überlassen, mit seiner Gemahlin Beatrix und allem Besitz in dasselbe begeben und einen Jahrtag für sich und seine Gemahlin daselbst gestiftet habe.*

Ohne Ortsangabe, 1152.

Notum sit omnibus Neresheimensis cenobii curatoribus, qualiter Erinfridus Adelberti comitis de Dilinga ministerialis cum uxore sua Beatrice se cum rebus suis ad prefatum locum contulerint. Permissione siquidem ac licentia predicti comitis predia sua primitus ibidem ad ecclesiam S. Udalrici servientibus deo tradiderunt, unum in loco, qui dicitur West...<sup>1</sup>, quod propter incommoditatem remotionis vie venditum est pro decem talentis, licet multo pretiosius fuisset, alterum in vico, qui vocatur Mittelinheim<sup>2</sup> pro CL mansis estimatum, quod triginta marchis argenti antea ab ipso fuerat coemptum. Eodem vero tempore, quo ad nos cum omnibus, que habere potuerunt, venerunt, triginta quatuor talenta Augustensis monete in auro et argento, quibusdam quoque rebus venditis, nobis reconsignarunt, absque aliis suppellectilibus, quas non appetiamus. Unde prudenter secum tractantes, quod posteros non haberent, qui eorum post obitum memoriam agerent, voluerunt, ut de predicta pecunia tale aliquod predium monasterio coemeremus, quod tanto pretio dignum iudicaretur. Sed quia tunc temporis pro penuria victualium ultra solitum alieno gravabamur aere, suggestimus eis, melius et commodius esse, nummis illis predia et cetera, que pro vadimonio posuimus, redimere, quam alia iterum vel vendenda vel oppignoranda comparare. Quod ubi consenserunt, huiusmodi a nobis testamentum efflagitarunt. Rogaverunt, ut omnibus annis, quoad viverent, de memorato allodio Mittelinheim cum omnibus rebus monasterii congregationis huius loci videlicet monachi, fratres barbati et sororum turma causa ipsorum una, qua voluissemus, die ubertim et charitative pascantur et post obitum eorum annua dies illorum cum officio defunctorum agatur atque

<sup>1</sup>Nicht sicher zu ermitteln, da dieser entfernter gelegene Besitz von Neresheim verkauft wurde. Es könnte etwa an Westendorf, A, oder an die übrigen nicht so nahe bei Dillingen gelegenen Orte Westerstetten, UL, Westhausen, AA, oder Westheim, WUG, gedacht werden.

<sup>2</sup>Mittelheim, ehemals eine kleine Ortsschaft, an welche heutzutage nur noch die Mittelmühle in Mörslingen, Finningen, DLG, erinnert.

## II

prefata pietantia perpetualiter detur. Quia vero uriusque vocatio non in una fortassis eveniet die, amborum memoria semper in anno celebretur simul in supradicti Erinfredi depositionis die. Si quis autem sive episcopus seu abbas vel quelibet persona potens aut impotens, cuiuscunque religionis aut conditionis, etatis, utriusque sexus hanc paginam nostre constitutionis infregerit, si non emendaverit, districte ultioni divine subiacebit.<br> <br> Hoc testamentum millesimo centesimo quinquagesimo secundo dominice incarnationis anno factum testes habuit subscriptos: Ego Orthliebus indignus huius loci abbas, qui hoc ipsum feci decretum, scripsi et subscripsi. Posthec presbyteri loci testificantur primi, quorum nomina sunt ista: Udalricus, Sigifridus, Rudigerus de Megenlohe, Dimarus, diaconi: Waltherus, Earnist, Hermannus subdiaconi: Eberhardus . . . , conversi monachi: Manfridus, Schwanegerus, Diethalmus, Hainricus et . . . monachi seniores cum iunioribus, exteriorum fratrum numerositas plus quam triginta.

—

Nach Sterr: Chronicon diplomaticum Neresheimense, Bd. 1, S. 75, einer Handschrift des 18. Jhs. im Thurn und Taxis Zentralarchiv in Regensburg, nach Mitteilung von Archivrat Will.<br> <br> In der Handschrift ist die Bemerkung beigesezt: *Haec charta ex veteri necrologio descripta est. Litterae verae ob antiquitatem nimiam aegre se ab interitu vendicant et fugiunt aciem etiam perspicacissimorum oculorum, unde aliqua legere penitus nequivi eaque quibusdam obelis notata sunt.* Statt der *ae* der Abschrift sind die *e* der ursprünglichen Schreibweise wieder hergestellt.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

Fürst Thurn und Taxis Zentralarchiv in Regensburg

**Signatur/Titel des Originals:**

Schwäbische Akten Nr. 871

**Überlieferung und Textkritik:**

Abschrift im HStA Stuttgart: Handschrift Nr. 235, S. 77

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Dillingen an der Donau, DLG<br> Mittelheim, Finningen, DLG, W<br> Möckenlohe, Adelschlag, EI<br> Neresheim Wohnplatz (4712)<br> Neresheim, AA<br> Westendorf, A<br> Westerstetten Wohnplatz (16985)<br> Westerstetten, UL<br> Westhausen Wohnplatz (5037)<br> Westhausen, AA<br> Westheim, WUG